

**N**on omnes fortuna beat, quos sacra Minerva  
Extulit, est doctis, simplicibusque modus,  
Sunt sua cuique virum bona, sunt majora, minora:  
Plus valet hic lingua, plus valet ille stylo,  
Plura potest, qui plura tenet: non infima spernit  
Vir sapiens: multos non nisi summa movent.  
Hos inter medium satis hic tenuisse iuvabit,  
Ni Censor rigidus, lector iniquus eris.  
Ast forsitan (quoniam studio fit saepe nocendi)  
Improbis, ut carpat simpliciora leget,  
Is velut in pœnis ferat hæc optata crucemque,  
Tantalus ut diram sentiat ore sitim,  
Sisyphus aut veluti montis super ardua molem  
Frustra agat, ut lapsu semper ad ima ruat.

NICOLAUS STYPACIUS  
REG. HRAD.